CK. 518. 1.

B. M.

II g 1070

# LEGES ET IVRAMENTVM STVDIOSORUM

## In Academia Iulia.




BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

X 1863574

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4562-p0001-1

# LEGES.

## I.

QVi Deum non colit, nec fidem catholicam Symbolo Apoſtolico Nicæno & Athanaſiano comprehenſam amplectitur, à pietatis Chriſtianæ ſtudijs alienus huc nullus introito: quinimò litterarum initia à Deo ter optimo maximo, Patre, Filio & Spiritu Sancto vobis ducenda ſunt, & labores à capite aliquo ſacræ Scripturæ quotidie inchoandi: Quicquid facitis, invocandus eſt omnium Pater. Quo prætermiſſo omnis conatus veſter erit irritus. Sit vobis illud in mente: ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποίει Θεόν.

II. Nullus ſit divini nominis temerator, nec ſanioris doctrinæ contemptor, nec præſtigiis & incantationibus deditus, nec perjurus. Fidem magiſtratui & alijs datam ſervate. Citatus in judicium veniat, & ſententiæ pareat; nec vadimonium ſive arreſtum ſine Prorectoris expreſſo permiſſu deſerat.

III. Di-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4562-p0002-6

III. Dies Dominicus vobis ſacer & ſolemnis eſto: audiendæ ſunt conciones, & Deo publicè preces offerendæ: ſanctiſq; operibus vacandum. Ab alijs igitur negotijs, à ludis, à dictis, & factis, quibus profanari poſſit, in ſacra cumprimis æde, abſtinendum.

IV. Magiſtratum non minùs ac parentes colite: apud hunc nomen ſuum profiteatur intra octiduum, quicunque ſtudiorum gratia huc venerit, nec à quoquam Profeſſorum, vel civium in habitationem recipiatur, niſi inſcriptus. Et licet nomen in album Studioſorum ante retulerit, cùm animus hic commorandi non eſſet: nihilominus tamen, ſi poſteà domicilium in Academia habere conſtituit, id magiſtratui ſignificabit, ejuſque juriſdictioni ſe ſubijciet. Qui verò nomine ſe Studioſum venditat, lectiones autem publicas non audit, nec honeſtas artes diſcit, is monitus ſi non emendarit, in patriam remittetur. Magnifico Domino Prorectori, alijſque Profeſſoribus præceptoribus veſtris, quem honorem & quam debetis obedientiam præſtate. Edicta & Programmata, quibus, quid vobis faciendum ſit,

ſignificari ſolet, æquè ac ceteras leges obſervate. Qui verò quod in charta publicè propoſitum erit, refixerit, aut corruperit, in eum gravi pœna animadvertetur.

V. Prohibemus quoq; omnem vim, & omnes injurias, factiones, tumultus, ædium expugnationes, verberationes, vulnerationes, cædes. Interdicimus uſum armorū vobis illicitū, inprimis eorūquas bombardas vocant. Nemo ſclopetum intra mœnia explodat. Nemo enſem temere ſtringat, aut ſtricto illo ludat. Qui vel ludens ità quē læſerit graviſſime punietur. Quod ſi quis in oppido, præſertim noctu, globum plumbeum fuerit ejaculatus ipſo facto relegationis pœnam incurrit. Simili pœna afficientur qui poſt ſolemnem ad duellum provocationem intra vel extra urbem dimicaverint. Qui convitijs aut contumelioſis dictis rixæ cauſam dederit, quaſi prior læſerit manu, habebitur. Ad dimicationem nemo quem vel charta vel alio internuncio ſtimulet: Nemo pro internuncio ſeſe gerat. In delinquentes haud ſecus atque in ipſos dimicantes animadvertetur, Nocturni graſſatores qui vociferatione

tione, vario telorum ſtrepitu, vel buccinarum tubarumque clangoribus publicam quietem turbant, punientur graviter. Ignem, noctu maximè, neque ſeriò neque joco quis intra mœnia jaciat. Nemo in tenebris per viam niſi clauſo lumine utatur. Qui faces accenderint ſentient pœnam,

VI. Caſtitatem, ſobrietatem, temperantiam & modeſtiam in omni vita ſectemini. Occaſiones libidinum & intemperantiæ, ganeas, popinas fugite. Sumptuoſa quoque & intempeſtiva convivia in univerſum interdicta volumus. In cauponas publicas noctu ne ingredimini. Nemo in domos, ubi celebrantur nuptiæ, non vocatus irrumpat; nec ſacri connubialis chorearumve feſtivitatem turbet. Nemo in ædes alienas, vel alterius muſeum, invito inhabitatore, introito: nec invitum inde evocato. Nemo larvatus, ſive perſonatus, neque diurno neque nocturno tempore prodeat: nec quiſquam Bacchi orgia, jam dudum abolita, in uſum revocet, vel in poſterum imitetur. Nemo deniq́ue ſine pallio in publico compareto.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4562-p0005-2

VII. Nemini furto quicquam auferte. Nummis alijſve rebus neminem defraudate: nullius animum corrumpite. Nemo eum, qui poſterior in Academiam venit, ad compotationes, & in eas faciendos ſumptus inducat, nedum minis compellat: quod ſcelus quovis furto gravius eſſe ducimus, & reſervato condictionis jure, ejuſmodi facinoris reum ex eruditorum conſortio relegandũ ſtatuimus. Porrò ex mutuo, vel ex empto, vel conducto, vel alio contractu quod debetis, ejus ſolutionem ultra diem, quo promiſiſtis, non differte. Singulis quoque menſibus, niſi aliter convenerit, precium pro victu & potu, ijs qui ſuppeditant, ſolvite. Qui æs alienum contraxit, tanquam vadimonio aut arreſto publico teneretur, jurisjurandi ſui memor, ne hinc abito abſq; creditorum apud magiſtratum Academicum diſertè profeſſa conſenſione. Qui clàm creditoribus ſuis hinc ſeſe ſubduxerit in illum non minus atque in arreſti publici violatorem animadvertemus. Quum locationes conductioneſque muſeorum & lectorum, niſi expreſſis verbis aliter convenerit, feſto Pa-

ſto Paſchatis & Michaëlis archangeli definiantur, ſi mutare ſit animus, ſex ſeptimanis ante tempus illud, contractui renunciandum eſt. Conductor id qui neglexerit, etiamſi hinc diſcedens, dimidium ſemeſtris locarij perſolvito. A chartarum, aleæque luſu abſtinete: nam quod quiſquam ejuſmodi luſu lucrifecit, æquè ac ſi furto ſublatum eſſet, reſtituet: & prærerea cum colluſoribus à magiſtratu punietur.

IIX. Veritatem, & ſimplicitatem in omni doctrinæ & vitæ genere ſequimini. Mendacia, ſophiſmata, calumnias, obtrectationes, convitia, perfidiam, fraudes, jactantiam, ſimulationes; fugite: omnes denique ſermones ab animo, & rebus ipſis diſſidentes, ſupplantandi alicujus cauſa confictos, veluti diabolum, mendacij patrem execremini. Nemo legi fraudem facito. Quod delictum puer, aut famulus commiſerit, ejus dominus quoque reus eſt, ſi nequitiæ miniſtrum non prohibuit, cùm prohibere potuit. Quiſquis etiam homo privatus ſibi poteſtatem aliorum mores ignominiâ notandi ſumſerit: aut innocen-

tium

tium exiſtimationem falſis criminibus, ſycophãtijs, vel libellis famoſis laceraverit, is deprehẽſ⁹ infami excluſione ex Academia eijcietur.

IX. Veſtrum quoque eſt domare cupiditates & affectus: coërcere voluptates: refrænare iram & vindictæ cupiditatem, fugere luxuriam, prodigalitatem, & ſuperbiam, non minùs ac ambitionem & avaritiam, cæteraſq; animorum peſtes. Ex his enim contagijs, & malorum quaſi fontibus varia delicta cauſam trahunt: quæ niſi cavebitis, alljs atque alijs pœnis vos cumulant, & in extremum exitium præcipiant.

X. Poſtremò nihil alienum concupiſcite, nec aliorum commodis inſidiamini: ſed cuiq́ue quod ſuum eſt tribuite. Mores veſtros ad normam legum decalogi omni ſtudio dirigite. Præmia, ſi obſequimini, virtuti debita conſequentur. Qui verò his refragabitur, in eum, pro ut quæq́ue res erit, magiſtratus animadvertet. Deus quoque unicuiq; ſecundùm opera ſua retribuet: peccata & in præſenti vita, & futura vindicabit: pietatem autem infinitis beneficijs compenſabit.

EDICTVM

# EDICTVM
# SERENISSIMORVM PRINCIPVM DVCVM BRUNSVICENSIUM ET LVNÆNVRGENS.

VOn Gottes Gnaden Wir Chriſtian Ludwig / Herzog zu Braunſchweig vnd Lüneburg / jetziger zeit Director vnſer Fürſtl. Iulius-Vniverſität zu Helmſtädt / Auguſtus vnd Georg Wilhelm / reſpectivè Gevettere vnd Gebrüdere / Herzoge zu Braunſchweig vnd Lüneburg / fügen allen vnd jeden auff beſagter vnſer Vniverſität ſich auffhaltenden Studioſis gnädig hiemit zu wiſſen. Ob wir vns wol verſehen / es würde die ſtudirende Jugend auff beſagter vnſer Vniverſität von ſich ſelbſten jhres ampts vnd den legibus academicis angelobten gehorſams ſich erinnert / eines erbarlichen jhrem ſtande vnd weſen geziemenden wandels beſliſſen / vnd den Studiis mit fleis obgelegen ſeyn; damit ſie alſo den vorgeſetzten zweck / worumb ſie von den jhrigen auff hohe Schulen geſand worden / vmb

 vmb

vmb deſto beſſer erreichen möchte/ So vernehmen wir doch nicht mit geringem mißfallen über alles beſſere vermuten/ daß vnter denen ſtudioſis auff bemelter vnſer Fürſtl. Iulius-Vniverſität allerhand vnordnungen exorbitantien, vnd der Erbarkeit vnd guten Sitten zu wiederlauffende/ inſonderheit dem ordini ſtudioſorum gar übel anſtändige händel vnd verübungen imſchwange gehen ſollen; Indeme gegen die juniores & novitios allerhand aufftreibereyen verübet/ ſie pennäl: acceſs: abſolvir: vnd andere ſchmeuſe anzuſtellen/ imglechen zum abſchreiben allerhand manuſcriptorum nach jhrem belieben/ auffwarten/ vnd dergleichen dienſte genötiget vnd gezwungen werden; Ja ſo gar/ daß theils der Studenten ſich nicht ſchewen/ an andern frembden ohrten reiſen vnd geläge anzuſtellen/ ſich weitlich tractiren zu laſſen vnd die juniores dahin halten/ daß ſie ſolche reiſen vnd vnkoſten bezahlen müſſen: die juniores auch ſelbſt vnter ſich in der Kirche/ Collegiis vnd ſonſten/ groſſen mutwillen vnd vnerbahre händel treiben: die Studioſi ins gemein bey nächtlicher weile auff den gaſſen graſſiren, vor den häuſern vnd ſtuben agiren, ſchreyen/ ruffen/ einander außfodern vnd ſich rauffen/ ja gar etzliche ſich gelüſten laſſen ſollen/ die ſtudioſos zuſammen zufodern/ verſamlungen vnd judicia anzuſtellen/ folglich ſtraffe auffzulegen/ vnd was dergleichen vor Gott

vnver-

vnverantwortliche/ der Tugend/ Zucht/ vnd Erbarkeit wiederſtrebende dinge mehr ſeyn mögen / dadurch die ſtudirende Jugend von den ſtudiis abgehalten/ jhrer Eltern ſaur vnd ſchwer erworbene mittel übel durchgebracht/ die edle Zeit vnd beſten jahre verſeumet/ jhr gewiſſen verunruhiget wird/ vnd endlich jhr eigener groſſer ſchade vnd nachtheil daraus vnaußbleiblich erfolget.

Wann wir dann ſolchem vnzimlichen Weſen/ vnd vnverantwortlichen händeln keines weges lenger nachzuſehen gemeinet/ ſondern krafft führenden Directorii über beſagte vnſere Vniverſität vns ſchüldig erachten/ ernſtes einſehen darin zu haben/ vnd den obſchwebenden Exceſſen vnd vnordnungen zu ſteuren vnd zu wehren. Hierumb ſo gebieten Wir allen vnd jeden auff vnſer Iulius Vniverſität zu Helmſtedt ſtudirenden/ wes ſtandes oder nation ſie ſeyn/ vnd wollen ernſtlich/ daß ſie hinfüro jhr weſen vnd wandel der erbarkeit vnd den legibus academicis gemes anſtellen/ hingegen alle vnzimliche exorbitantien vnd vnordnungen gentzlich abſchaffen.

I. Inſonderheit vnd fürs erſte aller aufftreibereyen vnd exagitationen gegen die juniores ſich enthalten/ keine/ ſo genante pennäl: acceſs: abſolvir: vnd andere ſchmäuſſe von jhnen fodern/ noch/ wann ſie gleich (welches wir jedoch den junioren auch hiemit ernſtlichen verbieten/) darzu erbeten werden ſolten/

darbey erſcheinen/viel weiniger aber die juniores mit zahlung des jenigen/ was ſie anderßwo verſchwendet/ belegen/ noch auch/ wie oben gemeldet/ mit dem abſchreiben/ auffwarten / vnd dergleichen dienſtbarkeiten beſchweren/ ſo dann daß abſolviren von ſo genanten pennaliſmo vnd dergleichen gäntzlich abſtellen.

II. Gleichsfals vnd fürs andere/ gebieten Wir den junioribus ernſtlich / alles vngebührlichen auffziehens vnter ſich vnd bißher verübten mutwillens in der Kirchen vnd Collegiis, da man vnter andern den bäncken daſelbſt eigene nahmen geben / vnd ſie in gewiſſe claſſes abgetheilet / hinfüro gentzlich ſich zuenthalten / bey begräbniſſen vnd andern öffentlichen Proceſſionen in ordnung zu bleiben/ vnd gegen jhre comites vnd andere leute / vor welchen ſie vorbey gehen/keinen mutwillen zu verüben/ſondern/ als der freyen Künſte/ Zucht vnd Erbarkeit gefliſſene/ ſich andern zum vorbilde vnd guter nachfolge/ modeſtè zu bezeigen/ ſo lieb jhnen iſt vnſere vngnade vnd ſchwere wilkürliche ſtraffe zuvermeiden.

III. Drittens wollen Wir auch den ſtudioſis ins gemein / alles nächtliche graſſiren, agiren vor den häuſern vnd ſtuben/ außſchelten / ſchreyen vnd ruffen auff den gaſſen / inſonderheit aber das provociren vnd außfodern vor den degen/ bey tägoder nächtlicher weile/in-oder auſſerhalb der Stadt/

hiemit

hiemit gäntzlich vnd ernſtlich verbotten haben; mit der verwarnung/ daß ſo wol der außfoderer/ als der ſo gefodert wird/ vnd ſich einſtellet/ wie nicht weniger die internuncii vnd vnterhändler mit relegation, oder nach befindung andern ſchweren ſtraffen vnaußbleiblich beleget werden ſollen.

IV. Vnd als Wir/ viertens vernehmen/ daß die ſtudioſi vnd zwar vnter jhnen die ſeniores, ſo beſſers verſtandes ſeyn ſolten/ ſich vnternehmen ſonderliche conventus vnd verſamlungen anzuſtellen/ worauff ſie dieſelben ſo auff beſchehenes außfodern ſich nicht balgen oder rauffen wollen/ mit einer ignominia belegen/ ſie aus jhren geſelſchafften außſchlieſſen/ vnd alſo vnter ſich gleichſam pro infamibus halten wollen; den junioribus das ſo genante pennaljahr verlengern/ vnd wann ſie einem oder den andern nach ſeinem belieben nicht auffgewartet/ oder ſonſten liederliche vrſachen herfür geſucht werden können/ alßdann etzliche wochen lenger/ als ſonſt gebräuchlich außzuhalten/ aufferlegen/ vnd alſo gleichſam jhr eigen gericht exerciren: Solche händel aber an ſich vnziemlich vnd ſtraffbahr/ vnd ſonſten die Studioſi, daunter jhnen erheblicher ſachen halber ſtreit vnd mißverſtende entſtehen/ ſie nicht eigene gericht an zuſtellen/ ſondern ſich an vnſern Vice-Rectorem vnd Senatum academicum zu halten haben. So ſollen hiemit ſolche vnzuläſſige zuſam-

men foderungen vnd conventus der ſtudioſorum gleichfals ernſtlich verbotten ſeyn. Alſo/ daß wer dergleichen beieinkunfften anſagen leſſet oder darauff das wort thut/ relegiret, andere aber die erſcheinen/ vnd den conventum hin vnd wieder anſagen/ vnd fortgängig machen/ nach befindung wilkürlich ohn anſehen der perſonen geſtraffet werden ſollen.

Damit nun über dieſe Verordung vnd Gebot mit gehörigem ernſt vnd nachdruck gehalten werde/ ſo befehlen Wir hiemit vnſerm jedesmahligen ProRectori vnd Senatui academico auff die verbrechere fleiſſige achtung zu haben/ vnd ſie zu gebührender vnnachleſſiger ſtraffe zu ziehen. Iſt auch ferner vnſer ernſter will vnd meinung/ daß/ wann halsſtarrige vnd wiederſpenſtige vnter den Studioſis ſich befinden ſolten/ ſo ſich vnſerm Prorectori vnd dem Senatui Academico mutwillig wiederſetzten/ vnd ſolche oppoſition vnd verbrechung zu vnterſchiedenen malen wiederholeten/ alßdann vnſer ProRector vnd Senatus dieſelbe/ da es Landkinder ſeyn/ Vns jhren LandesFürſten anmelden/ vnd darauff jhnen nicht allein alle befoderung im Lande abgeſchnitten ſeyn/ ſondern ſie auch ſonſten nach befundenen vmbſtänden/ mit andern ſchweren ſtraffen von Vns angeſehen werden ſollen. Den gehorſamen aber vnd die jhres wolverhaltens halber von

vnſern

vnſern ViceRectorn vnd Senatu academico gut gezeugnis erlangen werden / wollen Wir für andern Gnade vnd befoderung / wann ſie dazu geſchickt / wiederfahren laſſen. Da auch Außländiſche ſich vorbeſagter maſſen vngebürlich bezeigen würden / ſol ſolches gleichfals mit gehörigen ernſt geſtraffet / vnd nach befundenen vmbſtenden der Sache / wol gar zu eines jedern Obrigkeit wiſſenſchafft gebracht werden. Darnach ſich ein jeder zu richten / vnd ſeine hierunter zum theil beruhende ſelbſt eigene zeitliche wolfart zubeobachten / vnd wir bleiben den gehorſamen mit Gnaden wolgeneigt. Geben den 20 Novembris Anno 1651.

Promulgatum d. XX. Dec.
CIↃ IↃC LI.

| | | |
|---|---|---|
| L.S. | L. S. | L.S. |
| Auguſtus H. z. B. v. L. mpp. | Chriſtian Ludwig mpp. | Georg Wilhelm mpp. |

IVRA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4562-p0015-7
DFG

RK
Ng
1070

# IVRAMENTVM.

Ego N.N. Juro & ſanctè promitto, vobis domino Prorectori Academiæ hujus Juliæ, veſtriſq́; in hoc officio ſucceſſoribus, ac reliquis Profeſſoribus, debitam obedientiam ac reverentiam.

Et quòd volo ſervare leges & ſtatuta, ac per Vniverſitatem ſtatuenda.

Et quòd in judicium juſſu Prorectoris aut ſucceſſorum ejus vocatus, vel propter delictum aliquod (quod tamen Deus clementer avertat) ex hac urbe intra certum diem diſcedere juſſus, comparere ac obedire volo ſententiæ ac judicio veſtro & Senatus Academiæ.

Nec vadimonium aut arreſtum, ſi quando eo me obligari contingat, ignorante aut non concedente Prorectore deſeram.

Nec hinc diſcedam, quin creditoribus meis ſatis fecerim, aut eorum expreſſam obtinuerim voluntatem.

Sic me Deus adjuvet.

1077

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4562-p0016-3

olit, nec fidem
bolo Apoſto-
Athanaſiano
amplectitur,
tianæ ſtudijs
lus introito:
quini o ter optimo
maxi Sancto vobis
ducen aliquo ſacræ
Script uicquid faci-
tis, inv er. Quo præ-
termiſ rit irritus. Sit
vobis ίλων καὶ τέλος
ποίει Θ

II. s temerator,
nec ſa r, nec præſti-
giis & nec perjurus.
Fidem ſervate. Ci-
tatus in entiæ pareat;
nec vac ne Prorecto-
ris expr

III. Di-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-4562-p0017-8